



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lugduni, 1663**

Pars Tertia. Personæ Sæculares.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)



## PARS TERTIA.

## PERSONÆ SÆCVLARES.

**E**X probatissimis Doctoribus Principum supremorum, Communitatum, Regiminis Urbium, Ministeriorum quorundam Reipublice, Medicina, Militia, Agricultura, Mercatura, Artificumque obligationes expendo.

## SECTIO VNICA.

De Personis Sæcularibus, Receptiores sine pugna Sententiæ,



## CAPVT I.

## CAPVT II.

De Principibus supremis.

De Communitate, seu Vniuersitate, Collegio.

<sup>1</sup> *Eorum obligatio circa propria bona.*

**P**RINCIPES supremi tenentur non dissipare adeo propria bona, ut aliena usurpare aggrediantur, subditos scilicet nimium molestis aggranando tributis, debita non soluendo, ingentem auri, & argenti vim subditorum iniuria accumulando.

<sup>2</sup> *Circa Regni securitatem, & legum inductionem.*

A culpabili præuisa incuria abstinere, ut currenti imminentem famem retardare. Regni securitati providere. Leges poenales inducere in delictorum repressionem, non expilationem subditorum, sibi non adicere subditorum dinitias, tributa sine publica necessitate suis superfluis vltibus deferuitura stabiliendo, de nouis subditos seruituti addicendo, ut agros sine mercede excolant.

<sup>3</sup> *Circa supplicia, & res subditorum.*

Morti non deputare, aut grani supplicio afficere cinem inaudirum, grauissima hand intercedente causa iniuste non commovere, bella Regni, aut domini propagandi affectione, ita erga subditorum mores se habere, ut eorum incuria vitis, speciatim publicis non maculentur, iustitia sine patrono relicta.

<sup>4</sup> *Circa Ecclesie immunitatem, officiorum creationem, & bona naufragij.*

Leges non præscribere Ecclesiasticæ immunitati repugnantes. Nec tam sublimi pretio officia, seu munia commutare, ut ministri ad relaxandum damnum sint explicanda ciuibus operam nauaturi. Nec aduertenter Iudices indoctos creare: & cognita postmodum (si inaduertenter creati sint) eorum insufficiencia, illico amovere. Nec sibi accommodare naufragij bona priusquam exacta fiat de eorum dominis inquisitio.



<sup>5</sup> *De Magistris.*


**V**i docturus est alios, debet se hand desidem circa, literarum studium exhibere: ex incuria enim magistri attolet discipulorum graue incommodum oboriri. Et in discipulorum conspectu ita se modestum præstare, ut prauis actionibus in discipulorum effractionem non influat.

<sup>6</sup> *De Togis.*

Togati tenentur non curare consequi togam si cognoscant, se requisitas qualitates non habere. Et ut admittantur titulo paupertatis, non seducere electores, dum bonis, quæ possideant, renunciant cum recuperationis pacto. Et inobedientibus non vi, ut cathedra fruatur iniuste, non quidem ad iniustam vim, seu vexationem propulandam. Et in oppositionibus graui, vel leui quidem quæ oppositores alij Cathedram amittant, eis imputare. Et ut ad se auditores alliciant, alterius Magistri defectus fallo non euilgare, aut celandos aperire & ex Collegij oppositoribus minus dignum & idoneum repellere, inidoneum admittere, ne Nationis verbi gratia affectui iniuste consilere videantur, eo reiecto, cui ex iustitia toga debebatur. Et non fongre cum scandalo Nationum discordias: nec pronocare affectus, ut contrariis, eorumque patronis inferant iniurias. Et quidquam contra iuramentum præstitum gerere, aut contra statum periculi penam. Et ad togam plane indignum non admitte-

re, etiam si oppositoribus aliis inestis quidem iniuria non inferatur. Et non adesse in præparatione animi, vt contra aduersæ ditionis votum iustum, vel iniustum ipsi vo-  
neant. Et non curare, vt statuta fiant bono communi aduersantia ob propriam commoditatem. Et capellæ secreta contra intramentum non aperire.

<sup>7</sup>  
*De Schola-  
stici.*  
Scholastici verò tenentur cum iuramento alterius discursus falso non confirmare. Re-  
diti obtemperare cum sub pœna præstiti ali-  
quid imperat, postquam sunt matriculæ ad-  
dicti. Suffragium non vendere iustum. Nec  
suffragium iniuste adhibere, non merito, aut  
merito quidem, sed plus merito admodum  
relicto oppositore. Et non adeo desides in stu-  
dio se exhibere, vt verè sint paternorum bo-  
norum dissipatores.



CAPVT III.

De Vrbum Regimine.

<sup>8</sup>  
*De Ma-  
gistratu.*  
**M**agistratus tenentur publica officia sine authoritate non vendere. Et  
magna munera à ministris Reipub-  
licæ non accipere. Indignis officia publica  
in damnum commune non conferre. Hand se-  
niminim desides circa ministrorum correctionem  
exhibere, ne iniustitia pauperibus inferatur.  
Præcauere assistentia, ne officinis publi-  
cis scandala, rixæ, homicidia exoriantur.  
Præcauere ciborum moderare, & cibos corruptos  
repellere, grane quidem damnum illuros.  
Carcerem iniungere, vt grauis vinctis vexa-  
tio non addatur ob Præpositi lucrum, & vt  
peccata vitentur, mulierculis ablegatis. Inni-  
lere etiam publica hospitia, vbi mulierculæ  
profligatæ assolent habitacula granissimo in-  
commodo collocare. Ex Vrbe deturbare va-  
gos Reipublicæ, nocuentum inferentes.  
Peccata publica punire. Ludos prohibitos  
propallare. Pauperum vilitati consulere. Ita  
milites distribuere transientes aut diutius  
commorantes, vt ciues pauperes leuamine  
donentur. Die festo actus iudiciales non fa-  
cere, pietate, aut necessitate non cogente. Non  
prætermittere pœnam civilem, aut crimina-  
lem, quam debent reis imponere. Nihil grane  
contra iuramentum præstare, aut omittente. In  
Senatu reprimere eos, qui propriæ passioni,  
non iustitiæ suffragantur, & prohibere Sena-  
tores propriis Vrbum, viuentes pauperes di-  
nexantes, à publicis horreis frumentum aufer-  
rentes, aut non soluentes debitoribus. Curare  
horrei triticum pauperibus distribuere, pau-  
peres breui temporis interstitio indicatos emi-  
tere, ne eis grane oboriatur ex detentione in-  
commodum. Reprimere, & punire famulos,  
vel ministros, qui vel ingressum ad tribunal  
litiganti vendunt. Aduocatam non agere ip-  
sa in causa, cuius Indices fuere. Non interro-  
gare reum quod non possunt, nec reus debet  
respondere. Graui dubio pressi, doctos adire,  
& Assessorem sine grani causa litigantium  
expensis. In sententia ferenda aliquam ambi-

quam clausulam non adicere, vnde grane in-  
commodum alicui proveniat.

Senatores debent graues ciuitatis leges cal-  
lere, & custodire. Ad Curiam Regiam non se  
conferre Reipublicæ expensis ad negotia eis,  
& Reipublicæ communia, contra leg. 22. tit.  
3. lib. 7. Recopil. Curam defensionis communi  
impendere potentium vini frangentes, si pos-  
sint, ne Reipublicæ grania incommoda ob-  
tineant suffragium non dare graniter nocens  
iustitiæ, officia publica, graui documento non  
exhibere indignis Publica crimina (cum ad  
id tenentur) abolere procurare. Consulto à Sena-  
tu non abesse, cum Reipublicæ grani cau-  
sa geritur, si ob huiusmodi abentiam grane  
incommodum aduenturum timeatur. In di-  
stributionibus sumptuum, aut gabellarum  
æquitatem seruare, graniter hos aggrauantes,  
vt illos subleuare possint Reipublicæ bona  
in magna quantitate non usurpare, nec reti-  
nere. Cum ex officio obligantur, curare de pœ-  
derum, ac mensurarum æquitate. Preterea non  
accipere pro publicorum munerum assigna-  
tione, cum gratis debeant idoneos Reipubli-  
cæ ministros addicere. In suffragiis profe-  
rendis iniustam in re grani causam non de-  
fendere, quia aduersarius Senator contrarium  
asserit. Non impedire Magistratum, ne flagi-  
tiosos supplicio afficiat, graui inde damno ex-  
citando. Non efficere, aut permittere, suos fa-  
mulos potiores forti cibos emere, vt carius  
vendant, quam à vendente acceperant. Sena-  
tus arcanum in re grani non violare, vnde Se-  
natores non audent rursum libere suas men-  
tes depromere. Ex horreo publico non aufer-  
re, & restituere ablatum, cum pauperibus est  
necessarium. Publicas elemosynas pauperi-  
bus veris erogare, non famulis aut consan-  
guineis pauperie minimè laborantibus. Non  
dissimulare grania crimina venatorum, aut  
aliorum officialium, vt sibi gratos habeant  
tributarios. Consulto à congregatione non  
abstinere, cum consanguinei, vel amici ini-  
sta causa in Senatu agenda est, ne contradice-  
re, vt debent, cogere. Non curare, munia  
onerosa eis iniungi, quos odio prosequuntur.  
Publici muneris occasione non emere res pie-  
tio minori, quam æquum est, & maiori ven-  
dere. Greges prohibitis pascuis non introdu-  
cere, grani damno sequuntur dominis. Aliis  
propria onera, aut eorum grani iniuria non  
imponere.

<sup>10</sup>  
*De Scriba  
Senatus.*  
Scriba Senatus debet iuramentum de in-  
nere rectè gerendo arcanoque custodiendo  
non violare. Plus pretij grani soluentium  
incommodo non accipere, quam ex taxa  
debetur. Scire constitutiones capitulares, Re-  
galia instrumenta bonæ negotiatorum expe-  
ditioni necessaria. Curare, ne sua incuria, seu  
iniquitate Regij redditus, aut Reipublicæ gra-  
uiter, imminuantur, cum emptoribus tradun-  
tur. Non supprimere inimici petitiones, graui  
damno obuenturo, vt per legat amici codi-  
cillum. Tributarium à matricula non abolere,  
Regij patrimonij iniuria. Curare, vt transgre-  
siones constitutionum non puniantur, quia  
amici aut propinqui, constitutiones operien-  
do, quas quidem postmodum manifestet, vt  
inimicus supplicio afficiatur.

## CAPVT IV.

De quibusdam Reipublice  
Ministris.

**V** I O R tenetur iuramentum fa-  
ctum in regnum non violare. Illi-  
co bonorum pupilli inventarium  
constituere, si ex dilatione graue damnum  
timeatur. Non dare pupillo plus numerorum  
quam ad iustam recreationem opus sit sine  
iudicis auctoritate, ac graui patrimonij in-  
iuria. Curare, bonis pupilli moribus edu-  
care: De minimis accipiens debito tempore  
fructus vendere, si alias graue incommodum  
timeatur: & vt proprio commodo consulat  
in tempus non opportunum fructus non re-  
stituere. (quo tempore debeant venditioni ex-  
poni docet Molin. 10. 1. d. 224.) Tradere redi-  
tus lucrationi, vnde debeant augeri. Debita  
liquida comparare. Bona alumni non emere  
sibi auctoritate propria, aut ad lucrum acci-  
pere rectitudine non seruata iuxta commu-  
nem estimationem: Bonorum pupilli ratio-  
nem cum solutione exhibere, si alias grauis  
ei iniuria inferatur. Non exigere ab alumno,  
dom sub eius potestate degit, vt ei donec  
graue aliquod bonum. Iniustas lites non exi-  
tare ob indebitam bonorum acquisitionem.

**T** estamentarius tenetur non differre post an-  
num testamenti executionem. Curare vt prius  
debita soluantur, quam gratiosa legata ne si  
prius solvantur gratiosa fortasse pecunia ad  
debita soluenda deficiat. Legata gratiose solu-  
tere, cum possit, ne cogatur accepturus, in-  
iuste inferre ad acquisitionem. Curare, vt  
defuncti bona opportuno tempore vendan-  
tur. Non differre eorum consilio venditio-  
nem, vt sibi minori pretio valeat acquirere.  
Diligentiam adhibere, ne fructus eius pereant  
iniuria. procurare vt vidua, & pupilli, cum  
debet, alantur. Pro nullis offerendis aliquid  
elemosynae assignare non auferre, seu Sacer-  
dotis, seu defuncti iniuria: Defuncti inquam,  
imminuens enim elemosynam ad sit pericu-  
lum, ne non integre obligationi satisfiat. Cum  
ex testamento debet elemosynam erogare  
v. gr. Paschatis die, minimum non differre  
propriam curans emolumentum, aut graue  
pauperibus incommodum afferens.

**P** repositus Regij ararij tenetur soluere,  
quod debet, & moris, qui facit obligatus.  
Nec non exigere pro debito praestatio, nil  
accipere debet, nisi ei gratuito (quod sepe nu-  
quant) & sine vlla exactione aut obligationis  
respectu tradatur. Non recipere munus ab  
aliquo pro anticipata solutione, si alteri, cui de-  
betur, ideo suo tempore non soluit. Non age-  
re solutionem vili moneta, quam argentea  
debet, hand parum addito excessu. Nihil  
percipere vti iam committens, vt praestet in-  
ductus debitori, cum alio specialiter alteri  
creditori nequeat debito tempore satisfacere.  
Cum numerum singuli creditoribus non iusti-

eunt, vnicuique pro rata soluere: nec vni,  
vel alteri solummodo in integrum soluere  
aliorum iniuria, aut proprio comodo, acci-  
piens scilicet pretium pro beneficio. Instru-  
menta seu litteras decretas pecunia non re-  
curre iniuste, aut acceptationem differre  
grati creditoris incommodo.

**A** dministrato Regalis patrimonij tenetur  
Ministros idoneos assignare, fideles quidem  
ne aut Regis prouentibus, aut agricolis  
aut aliis a quibus exiguntur, iniuria infera-  
tur. Non accipere mercedem ob Ministrorum  
assignationem, ne ipsi pauperibus explendis  
dent operam, vt pretium datum pro mune-  
re recuperare valeant. Non exigere ab Ec-  
clesiasticis eorum immunitate violata.

**P** otius licet praepositis tenetur pretium  
mercium non celare, vt cariores habeantur,  
accepto ab alportante latrocinij pretio.  
Nō vili pendere merces iniuste, vt minori pre-  
tio commutentur: aut cariores ostendere cōtra  
iustam estimationem. Non permittere, pro-  
hibita in alia Regna alportari: aut ad hec  
Regnum transmitti, quod legibus grauibz  
inhibetur.

## CAPVT V.

## De Medicina.

**E** D I C T V S obligatur sufficientia  
peritiae pollere, vt grauibz agi-  
tudinibus cura adhibere conetur.  
Ob studij incuriam agrotum in graue pericu-  
lum non inducere. Speciali studio operam  
impendere, si grauis insolite egritudinis occasio  
offeratur. Non adhibere periculosa remedia  
priusquam sibi egritudinem dignoscere vi-  
deatur. Cognito agroti periculo, neces-  
sariam curationem adhibere, agrotanti opor-  
tune adesse, permittere alium Medium  
adhibere, nec reponere seu auaritia, seu  
iactantia, seu incontinentia. Alios Medicos non  
afflicere vituperio, vt eorum famam obnu-  
bilet. Agnito infirmi periculo, opportuno  
tempore admonere, vt spiritali ille ope-  
ram curationi impendat. Curationem non  
prolongare, vt questus accrescat. Non adhi-  
bere temere medicamina incognita, discrimine  
manifesto Nō tradere egrito malū aliquid in-  
trinsece, ad egritudinem propulsiuā. Non dicta-  
re medicamentum si nō generandū, ad feru-  
interficiendum seu loco mouendum ante  
vel post animationem. Non procurare, ni-  
mum pharmacorum usum, vt sibi phar-  
macopolam conciliare valeat, Pharmaca  
inutilia retinere: aut pharmacopolium pu-  
blica auctoritate inuisens iuste ministerium  
peragere. Plures, quam valeat, agrotos  
curandos non suscipere, si alius Medicus  
ad sit, qui succurrat. Non dare scilicet eden-  
di carnes, aut non reiciendi ventrem. E-  
grotantem pauperem praecipue in pericu-  
lo constitutum non contemnere. Ex odio,  
aut vindicta agrotanti debita medicamina  
non

non denegare. Inimicitie ab agrio vno non discedere, vt alterum curandum suscipiat, priori constituto in eo periculo, vt vel die non obiret, vel diu infirmitas profectetur. Non exigere ob curationem immoderatam mercedem, speciatim a paupere. Defendenda, aut confirmanda opinionis suae causa audiens opportunis alterius Medici consilium, a propria sententia cadere, ne magna infirmi incommoditas sequatur. Et e contra non se facile alicuius opinionis accommodare, si minime tam in praxi securam agnoscit. Non intrare falso aliquod vultus non esse lethale, vnde falso grane redondet incommodum. Non violare intrata Medicorum statuta, & observanda agnoscere. Animo non agrotare, dum feminas curat. Et corruptas feminas prostitui non permittere graui iuventutis lesione.

17 *De Pharmacopola.* Pharma copola tenetur minus non exercere si incius sit, aut non examinatus. Sine arte medicamina non condire. Mille in portionibus pro Saccharo non vti. Vnum medicamentum pro alio contra Medici prescriptum, aut ex opinione, aut ex penuria cum grauis damni periculo non adhibere. Medicamina ad non generandum, aut ad vtero mouendum non dare. Ignoro venena cum suspitione grauis damni inferendi non impetire. Pharmaca damnicata, vel iniuria, non vendere. Pondere, aut mensurae vni graue nocumentum non inferre. Medicum non allicere, vt medicamina pretio taxet immoderato ultra, inprentum instum valorem. Aquam naturalem pro medico herbarum, vel florum succo agrotis incommodo praecipuam non reddere. Non commodare alicui pecuniam ex pacto, ad suum pharmacopolium recedendi. Festos dies grauer sine necessitate non violare.

18 *De Chirurgico.* Chirurgus non debet dare operam vultibus curandi sine scientia, sine practica, & examine, graui erroris periculo. Nec efficere curationem prolongari eo quod vultu exigente, medicum consulete omittit, aut platolo, aut lucri praetextu. Et modestum se gerere circa feminarum curationem.

19 *De Topico.* Topico tenetur feminae venam aborsus cunctis non scindere. Et nullius sanguinem emitti scire sine Medici (vel Chirurgi in sua causa) consensu, nisi exigat angina, aut dolor huius effluat, aut alius casus repente intrinsecus praesentaneus sanguinis profusionem exquirat. Se modestum ostendere, dum feminis remedia adhibet, ne castitas laedatur. Chirurgi manus non exercere si examinatus non sit, vel impetitia libores, nisi magna oborta necessitate. Docere pupillum arti ediscendae deputatum pretio exhibito, nec aliis ministeriis tanquam mercem suam ad licere contra artificum vsu. Allam, quae impetratus est venam non scindere, dum scit grauer obesse curationi, vt prudenter monet. Aperto ostio sine necessitate dehis fissis, aut repugnante vsu barbam non radere.



## CAPVT VI.

### De Militia.

20 *De Duc.* **D**VX non debet sibi militum mortuorum, aut fugitiuorum applicare stipendia. Et pro mercede non efficere, vt milites vno in populo non discederent, onere illo alicui Oppido iniuste imposito. Nec duplicatum, aut triplicatum hospitium vni militi adhibere, vt ille vna in domo receptus, reliqua hospitia pretio redimat vt ab ipsis recedat. Nec iniuste ciuitatem, sed populum quemlibet militibus spoliandum dare. Nec furta, aliaque iniustas militum actiones dissimulare. Nec pluraquam duos famulos habere, qui Regali mercede degant. Nec Chirurgi, cum non adsit, aut Capellani absentis stipendia recipere.

21 *De Milite.* Miles vero das nomen signo, vt mercedem quotidie accipiat, tenetur oblata pugnandi occasione, minime fugere. Et hospitanti- bus eum iniuriam non inferre, eos expilando, coningem, aut filias ad turpia alliciendo, aut exigendo. Et a blasphemis, ac periuriis abstinere. Et a ludis recedere prohibitis: nec permissos peruersè exercere, graui sociorum ludi iniuria. Et duplicem domum in hospitium non accipere, vt iniquo questui det operam. Et iniusto bello operam non natare. Et secum non asportare meretriculas.



## CAPVT VII.

### De Agricultura.


22 *De Agri- col.* **A**GRICOLA tenetur dies festos custodire, si necessitas non urgeat. & cum adest necessitas, multa si de non laboris, indicans se delinquere, id in confessione explicare; & idem gerere, si aduentante ieiunij die, in quo laborauit, vel ex labore praescripti iuste poterat ieiunium non intrare, falso sibi persuadens ieiunio teneri, id violauit. Confirmationis Sacramentum non contemnere. Decimas Ecclesiae solgere. Parocho in re graui obtemperare. Ligna aut messis manipulos graui in materia non surripere. Sine autoritate gregis alieni animantia grauer non percutere, aut occidere, proximi incommodo. Non comminere fundi alieni maceriam, vnde fructus grane nocumentum accipiant. Proprium non propagare fundum communium bonorum iniuria aut alienum conductum destruendo, pecora alienis messibus non addicere, ex graui incommodi

commodi cognitione. Ob temporum incommo-  
dum, aut in blasphemiam, aut in statuta  
verbe contra elementa, Dei quidem opera,  
non prorumpere. Nō afficere maledictionibus  
pecora, reputans se lethaliter semper delin-  
quere, cum fere semper sit solummodo ve-  
niale piaculum. Fallum testimonium con-  
tra proximum gravi in materia non profer-  
re, sine simplici verbo, sine addito per-  
iurio. Alios ex invidia, vel vindicta affectu  
iniuste non accusare, unde praeter irrogatā  
iniuriam, necessum sit accusato, in defen-  
sionem grates facere sumptus. Non dare ope-  
ram superstitionibus. Labore implere diu-  
no mercedis quantitate. Iustas gabelas, ac  
tributa solvere.

<sup>23</sup>  
*De lacu  
vuarum  
Præposito.*

Lacus autem vuarum Præpositus debet si-  
ne vititate non admiscere multo aquam: vel  
multum deterius, seu aqua admixtum, quod  
ex reliquiis vuarum agricolarum famulis  
assollet elici, (Hispane *Despensa*) multo bono  
addicere, ut vtrumque vi bonum aequali  
pretio vendat, gravi quidem emptoris  
damno. Postquam emptorem vino bono po-  
taverit, ut id eligat, postea deterius non  
admiscere, ad questum iniustum compa-  
randum. Non preparare multum acidum,  
aut debile condimento lædente in eementis  
iniuriam, cui post breve temporis interstii-  
um merces perit.

Custos demum agrorum debet sui mu-  
neris obligationem recognoscere, nec eius  
ignoratio bono communi possit obesse. Iu-  
ramentum de munere fideliter exercendo non  
violare. Vi pecuniam agricolarum, vena-  
torumve sine iudicis autoritate non exige-  
re. Nec munera accipere, ne minus re-  
ctè munus exerceat, gravi exorta læsione.  
Agrorum læsores accusare. Reo accusato,  
pro mercede exhibita, ab accusatione non  
recedere. Non accusare iniuste ex odij af-  
fectu innocentem. Non dissimulare ob questus  
spem, ut communes montes comminuantur.



## CAPVT VIII.

*De Mercatura.*

<sup>24</sup>  
*De Mercatorum.*

 ENENTVR Mercatores venena,  
aut prohibita quæque ex suspi-  
cione prauus vsus non vende-  
re. In animi præparatione non vigere, ut  
quodcumque pretium iniustum potuerit ab  
essuptore exquirere, non prætermittere. Non  
emere anticipata solutione, quod postea  
ultra infimum pretium est tradendum. Ultra  
superiorem non vendere, quod soluendum  
post tempus sit. Non vendere bellica in-  
strumenta Christianorum hostibus. Mer-  
cium gravem oculum aperire debectum.  
Graviter non imminuere mensuram, aut pon-  
dus. Non esse in præparatione animi, le-  
uiter sæpe defraudare de mercibus, quæ  
vandt, unde gravis Reipublicæ iniuria re-  
sultat. Non constituere iniustum monopoli-

um de mercibus non vendendis nisi tali  
pretio. Et cunctas merces sibi non comparare,  
immoderato pretio pro libito vendendas.  
Non emere minori pretio ab eo, qui merces  
non agnoscit, ut catiores ignorantem vendan-  
tur. Versuram non facere, vendendo pretio  
maiori soluendo in futurum, quod mox re-  
diat, exhibito minori. Rem deterioris  
pro re aut qualitatis, aut durationis, aut  
utilitatis non vendere. Merces veteres,  
exhalatas, ac inutiles bonis non admiscere,  
ut eodem pretio vendat utraque, Iusta so-  
cietate socios grauit non lædere, infide-  
liter ministerium gerendo. Societatis ficti-  
tiæ palliata vitia non inire contractus.  
Non efficere, ut eorum iniquitate iniuste  
assurances capitales, ac lucri sint. Iusta  
tributa non defraudare. Debito tem-  
pore soluere creditori, qui gravis incom-  
modi protestationem gessit. Non soluere,  
mercibus, quod pecunia debebat soluere,  
contra creditoris voluntatem. Non emere,  
aut vendere publice festis diebus lælo iure,  
vel consuetudine. Non facere Ecclesiam do-  
mum mercaturæ irreuerentia graui. Non  
falso iurare se tanto pretio merces emisse,  
quas credulus mercator eodem aut maio-  
re, grauit quidem læsus acquirat. Dubi-  
tans de iustitia contractus, eum non  
perficere. Pranis contractibus operam  
non adhibere. Furcium non emere: &  
dubius quidem de venditoris iustitia prius  
periculum facere. Vendens ex commissione  
alterius carius non vendere, quam im-  
peratur, sibi asseruato pretij excessu. Sæpe  
enim quia iniusto questui indulgere ille  
curat, merces commissæ non venduntur, quæ  
postea vel pereunt, vel deteriores efficiuntur.

Pocurator mercium tenetur contractum  
vsurarium non facere, nec curanti effice-  
re opem conferre. Non emere sibi merces, <sup>25</sup>  
unde non requirit alium emptorem, qui *De Procu-  
ratorum  
ratore mat-  
cium.*  
pretio maiori accipiat. Non affirmare  
non adesse emptorem qui è tanto pretio  
excederet, gravi excessu sibi relexuato. In-  
iustas versuras Hispane *Mohatra* non pro-  
mouere, Cambiorum siccetum contractus  
non excitare.



## CAPVT IX.

*De Artificio.*

RGENTARIVS tenetur <sup>26</sup>  
vile pro auro vel argento non ven- *De Arge-  
tariis.*  
dere. Auro, aut argento plus vi-  
lis aris, quam ars exigit, non admiscere  
Emptoribus. declarare admixtum, & pre-  
tium idèd imminuere. Ex facto mala fide non  
emere quicquam. Monetam non constare,  
nec constam imminuere ære circum abla-  
to. Commune lapillum pro pretioso non  
vendere, & pro vili non emere pretiosum.  
Gemmas super aurum collocare non super <sup>25</sup>

## Secl. I. De Pers. Sæcul. Recept. Sent. 349

res vile, dum eidem ponderi vtrumque est addicendum. Non deaurare, aut argentare contra legis præscriptum viloris ætis monetam. Aurum debito valore elaborare.

<sup>27</sup>  
*De Bibliopola.*  
Bibliopola tenetur libros alterius Regni, ubi fides non viget cum suspecte Doctrinæ periculo non alportare, aut vendere aut venales exponere. Allatis è regno extraneo libris, operis Auctorem, qui in Hispania v. gr. edidit non impedire, quo minus sua volumina vendere valeat, aut cogatur præcium imminuere. Libros prohibitos non vendere, aut lascivos tractatus, qui grane assolent afferre nomenclaturæ sine Auctore libræ venditū assumere. Defectuosū librū pro integro non tradere, grani legentis incommodo. Expositum librorum habere Catalogum, & procurare, vt librū iuxta eius præscriptum expurgentur.

<sup>28</sup>  
*De Typographo.*  
Typographus tenetur indulgentias, aut deuotiones sine auctoritate non excutere. Libros ementita vrbe non edere, vnde Auctori grane nomenclaturæ exurgat, qui multiplicatis voluminibus & fortasse melius excutis, sua vendere non possit. Sibi contra Auctoris voluntatem aliqua volumina non retinere, licet ipse papyrum adhibeat. Vile attramentum mox peritum non adhibere.

<sup>29</sup>  
*De Pictore.*  
Pictor tenetur amassæ formam amanti non tradere. Viles colores post paruum interstitium mortuos non apponere, prauo lino, inutili præparatione nō uti. Nudas imagines grauis scandali occasionem non exprimere. Dies festos non violare, nisi edicendi grana aliquid leue fiat.

<sup>30</sup>  
*De Ludis charitatum.*  
Ludi charitatum minister tenetur non admittere eos, qui dominium non habent, vel lethaliter ludendo in blasphemis &c. de Ministro.

linquere assolent, vel qui amittunt, quod familiaris sumptus est necessarium: vnde cogitur legibus prohibentibus domos luforias comprehendi. Non permittere vestes leniudentis, seu vxoris adduci, vt nummorum loco deserviant. Non exigere nimis immoderate pro luforis chartis, aut lacernis. Mulierculas in prauum vsum adnecti non permittere, & ne ebrietas vigeat, operam dare.

<sup>31</sup>  
*De Histri-  
onibus.*  
Histriones tenentur, secum amassiam publico scandalo, aut coningis specie non ducere. Non permittere, vxorem dona accipere cum inordinati affectus dāis, aut effœtus periculo aut cum adolescentibus, aut vris procaciter admiscere sermones. Fœmina vtiem vestē immodeste cum scandali graui occasione non præferre. Non recitare veritus, qui ex sese ad intemperantiam excitant. Cum recitant amoris affectus ex corde non loqui. Iter agente debita mercede hospites non defraudare, aut in vrbibus permanentes. Sine voluntate parentum huic muneris, infamū quidem non infœmbere, cū in se tam grani obedire tenentur.

<sup>32</sup>  
*De Qbse-  
tione.*  
Obsecrari tenetur, sine perina munus non obire. B. pelum formam calere. Obortam difficultatem, quæ requirit medicum non præterire. Non violare secretum, vnde grauis infamia exoritur. Puellis integritatis simulationem non promittere, vnde ita facilius se violari permittant. Non inare falso de fœminæ integritate inridice interrogata, grauibz inde oborturis incommodis, quorum rea existit. Infantem vnum pro altero non apponere. Ad abortum remedia non exhibere.

De Artibus Mechanicis plura annotare possem. Sed recognoscenda Lectorem remitto in meam Summam Latinam *tr. 2. exam. 3. numero 52.*